



Universitätsbibliothek Paderborn

Synopsis Magnalium Divi Josephi

Ignatius <a Sancto Francisco>

Leodii, 1684

Sect. 1. Proponitur prima sententia asserens D. Matthæum legalem,
Lucam verò carnalem D. Iosephi prosequi Generalogiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38500

54 Synopsis Magnalium D. Josephi,

dum directe derivatur in D. Josephum, nisi fuerint consanguinei & in gradu ita propinquo cognati, Beata Virgo, ex qua sola Christus, & D. Josephus, ut hoc esset norissimum: non possunt autem esse ita conjuncti si Joseph descendit ex Davide per lineam Salomonis, Maria vero sit ex Patre Heli per lineam Nathan propter nimiam distantiam illorum in hoc casu a communis stipite Davide, ut constat ex supradictis: ergo, &c.

IX.

Confirmatur etiam ex ipso sensu Ecclesiae, nam ipsa in festo Sancti Joachimi Patris Deiparæ, quod celebratur 20. Martii, idque a tempore Lucidi & Annæ, utitur in Missa & admatutinum Genealogia Matthei, non vero Lucae: At si Joachim fuisset ille Heli, ut volunt Lucidus & Annæus, utique Genealogia Lucæ illum spectaret, non Matthei, & consequenter Ecclesia ista uteretur & non hæc, ergo signum est Ecclesiam non approbare hanc sententiam: Propter candem rationem in Festis Conceptionis & Nativitatis Beata Virginis, eadem Genealogia Matthei utitur, usura sine dubio Genealogia Lucae si vera esset sententia Lucidi & Annæ.

X.

E contra vero in festo Sanctæ Annæ Matri ejusdem Beatae Deiparæ 26. Iulii eadem Ecclesia in Missa & matutinis neque hæc neque illa utitur Genealogia, quippe que judicat neutram illarum eam spectare, eo quod Anna non descendat ex Tribu Juda, aut stirpe David, sed ex Tribu Levi seu sacerdotali, ratione cuius Elizabeth uxor Zachariae & Mater Sancti Joannis Baptista, quæ fuit ex eadem Tribu sacerdotali, (fuit enim ex filiabus Aaron, ut dicitur Luc. c. 1. v. 5.) afferitur cognata ejusdem Beatae Virginis Luc. c. 1. v. 36. faciatque quod docent SS. Patres Christianum Dominum ex utrâque Tribu descendere Regiam & sacerdotali. Vide antiquissimum Hypolit. apud Nicephorum lib. 2. c. 3. D. Gregorium Nazianz. in Carm. de Christi Genealogia, Divum Hilarium in Matth. can. 1. D. Ambrosium, lib. 3. in Luc. & lib. de Benedictionib. Patriarch. c. 3. D. Augustinum lib. 2. de Consens. Evangelist. c. 2. & lib. 83. quæstion. quæst. 61. &

in quæst. lib. Judic. quæst. 47. Epiphanius, hæref. 78. Eucherium in lib. quæstion. Novi Testamenti. Andream Cretensem in Encom. Virg. Deip. Bedam in Luc. ad illa verba, ecce Elizabeth cognata tua, Julian. Pometium lib. 3. contra Judæos D. Thomam 3. p. quæst. 31. art. 2. ad 2. ex sacerdotali quidem, quia Mater ejus Sanctissima Deipara ex qua sola traxit carnem per lineam maternam Annæ descendit ex Tribu Sacerdotali seu Leviticâ: ex Regia vero per lineam paternam, quod sicilicer Patrem habuerit D. Joachimum ex illâ, non vero ex Tribu Levi, ut sine fundamento assertebat Faustus hæreticus Manichæus apud D. Augustinum lib. 23. contra ipsum c. 4.

Faciunt denique contra hanc & omnes alias præcedentes sententias, quæ pro vera adducemus capite sequenti.

XI.

C A P U T V I .

Quod unus Evangelistarum carnalem D. Josephi Genealogiam, alter legalem prosequatur.

I.

REJECTIS superioribus sententiis nullus alius modus videtur restare præter hunc ut possint inter se conciliari duo illi Christi Genealogistæ & Evangelistæ. Sed interim hic modus adhuc bifariam dividitur: alii enim ex his afferunt D. Mattheum legalem prosequi genealogiam, Lucam vero carnalem: alii è contra, de quibus duplice Sectione hic.

S E C T I O P R I M A .

Proponitur Prima Sententia afferens D. Mattheum legalem, Lucam Carnalem Divi Josephi prosequi Genealogiam.

II.

DUm manum ab hoc opere jam absoluто removerem, incidi nescio quo casu in Tom. 3. mensis Martii P. Joannis Bollandi in Acta Sanctorum, apud

apud quem ad 19. ejusdem mensis in S. Iosepho , præter ea quæ hic supra cap. 3. inferni ex eodem Authore, inventi super hanc Genealogiâ novam Patris Possini, ex eadē qua ille Jesu Societate sententiam cui nullum hoc captiorem locum judicavi. Eam ipsimmet Possini verbis ex Boilando loco citato §. 5. admittit. Alter inquit hic modus est (prior fuit illa à nobis supra c. 2. solutus) à jam dicto Possino non infœlici conjecturâ solutus , cui quidem plurimi Sanctorum , Patrum, Interpretumque præzire, dicentes ab Evangelistarum altero carnalis generationis servari ordinem , ab altero legalis successionis rationem haberi : sed plerique eorum temere Africanum secuti à quo alioquin in utriusque linea conjugatione defliscunt) nec rationi , nec Scripturis , satis conformiter videatur adscriptissime Matthæo ejus, quæ secundum naturam est generationis , seriem , Lucæ verò alterius , quæ secundum legem successionis.

III. Etenim Matthæus qui Judæis Hebreis scribendis omnia jura ex legis præscripto metentibus , aequius erat hoc facere quam Lucam, cuius Evangelium Græcè conscriptum , ad gentes potius instruendas dirigebatur, Judæorum ceremoniarum legumque non adeò curiosas , aut prorsus ignatas : verum ne Spiritui Sancto præscribere hæc in parte videamus, potius quid factum sit , quam quid fieri convenerit inquiramus. Utrumque autem comodè assequemur utriusque seriei generationes cum Possino excedentes, eafque cum irrefragabili Scripturarum testimonio conferentes.

IV. Quid igitur Lucas? cum in principio seriei lux à Christo sursum ascensurus filium eum dixisset Joseph , exprefse addit ut putabatur , ne naturalem quis generationem suspicaretur: Putabatur autem propter coniugium Joseph cum Maria, quod esset Neptis cum Patruo suo, velut vulgo notum supponens, atque adeò nihil dubitati hujus Avus esset, qui Pater illius generatione carnali. Absque ullâ deinde restrictione , sic porrò ad cæteros ordine recensendos , absolute progreditur qui fuit Heli , qui fuit Mathæus , &c. atque ita de reliquis. Nisi enim hi carnaliter fuerint ex invi-

tem procreati , ultra Christum extendas oportet istud orationem. Porro eodem pede concipias Evangelistam , pergere quoties alicui majorum Christi duplex est Pater, Legalis alius , aliis naturalis. Hoc autem non facit Lucas , sed omnino contrarium in Obedo cuius tamen Patrem Boozum libri Ruth cap. 5. audimus palam in concione profitem. Testes vos estis hodie quod Ruth Moabitidem uxorem Mahalon in conjugem sumperim , ut suscitarem nomen de sancti in beatitudine suâ , ne vocabulum ejus da familiâ & fratribus & populo deleatur. Obed ergo ex eo conjugio prognatus Mahalonim imputandus suis est secundum legem , nisi naturæ ordinem renuisset Lucas , & tam verè Josephum filium Heli dicere voluisset , quam verè Obed fuit Boozi , quamvis legaliter filius Mahalon. Nec potest alius ullus gradus assignari in quo legis , non naturæ rationem habuerit Lucas.

E contra verò Evangelista Matthæus ubicumque series naturalis deficit, iuris sequitur successionem , & crebris potest exemplis ostendi, to gennit ab eo vel simpliciter vel metaphorice accipi, ut sit idem quod habuit in Davidicâ familia Principatu & benedictionibus, in ordine ad Messiam, Davidi atque ante ipsum Abrahamo datis, successorem: hoc enim videtur innuere solemnis illa propositio , Liber Generationis IESU Christi filii David , filii Abraham. Quâ de te vide accuratè disputantem Possinum cap. 10. ubi ostendit videti concessum Abrahamo jus habendi unum semper in terris usque ad Christum natum , qui se repræsentaret , reprobationis de Messia ex se nascituro heres , qui quidem universum is fuerit, qui erat inter fratres ordine nascendi primus , nisi revelatio particularis interveniret ; ut in Jacob, Juda, Davide, Salomonem accidit , idemque rectâ linea per naturalem generationem propagatus , usque dum Salomonis & Salomonida rum peccatis exigentibus factum est , ut hic ab initio sic provisus ordo turbaret: slante tamen & suum finem peti viam legalis successionis obtinente primario Dei proposito & promissionis fide , ut in sequentibus declarabitur.

Synopsis

I. Agnabii
D. Iosephi
Ry

56 Synopsis Magnalium D. Josephi,

- VI. " Ex quibus hoc quoque consequetur,
 " aut Evangelistarum neminem, natura-
 " lem prorsus tenere ordinem, quod est
 " absurdum, aut tenere Lucam, qui prop-
 " terea ad Adamum usque provehatur,
 " cum in Abrahamo sislat Matthæus, ut
 " primo capite repromissionis Divinæ
 " secundum quam natus Messias prædi-
 " cabatur, Judeis parum curantibus Abra-
 " ham antecessores qui ipsis erant cum
 " multis aliis gentibus, aut demum cum
 " omnibus hominibus communes.
- VII. " Ad probandum portò id quod jam
 " diximus de Matthæo, ipsum scilicet se-
 " rie naturali deficiente ad legalem re-
 " currere, primò quidem demonstrat
 " Possinus Sanctissimum Regem Eze-
 " chiam non fuisse impiissimi Achaz na-
 " turalem filium: demonstrat, inquam,
 " evidenter ex Scripturâ docens cap. 53.
 " & 54. omnibus evâsionibus occlusis,
 " filium Achazi dici non posse Ezechiam
 " nisi credatur natus fuisse ex novennis
 " pueri petulantî supra ætatem libidine &
 " quidem forniciariâ. Quis enim illi æta-
 " tulæ legitimam junxerit? Achazo au-
 " tem regnanti non nisi unicum fuisse
 " filium, eundemque per sacrilegum
 " furorem in honorem Idoli Moloch
 " holocausto consumptum fuisse, ex
 " eisdem Scripturis haud difficulter in-
 " telligitur.
- VIII. " Cujus autem filius Ezechias, id
 " quidem in obscuro est, satis tamen
 " Scriptura indicat, Ozia, consen-
 " su ac studio populi evecto in Regnum,
 " plures fuisse fratres, nisi enim fuisserint,
 " ut quid ita expressè & præter morem
 " popularis favoris, sacræ meminissent
 " Historiæ? Sin autem altius ascenden-
 " dum: Josaphatum faltem constat sex
 " alias filios 2. Patr. 21. nomina-
 " tionis exprellos genuisse. Demum unde-
 " cumque natus, si filius non fuit Achaz
 " quod non fuisse ostenditur, dubitari
 " non debet, quin jure successionis parte
 " Regia stirpis extinctâ successit Eze-
 " chias per cognationum gradus: quod
 " satis est ad intentum nostrum.
- IX. " Alterum legalis successionis à Mat-
 " thæo relatæ exemplum, sed naturali ad-
 " mixtum habemus vers. 11. ubi dicitur
 " Iosias autem genuit lechoniam & fratres
 " ejus in transmigratione Babylonis. Nem-
 " pè Joakimo, Josiæ per mortem Joha-

nan primogenito Babylone extinto, " filius ejus Jechonias in cernendâ Avi " Josiæ hæreditate Patruis suis, Sedecia & Sellum siebat æqualis, qui proinde " hic fratres Jechoniæ videntur dici. Nisi " latius nomen fratrum accipere malis " pro proximis quibusque ex communi " Avo Josia consanguineis, qui omnes in " transmigratione Babylonis extinti " sunt, videlicet eò jam partim abducti, " partim dum abducerentur cum filiis " Sedecia, qui fuerat fratri suo Joakim " substitutus in Regnum, à Nabuchodo- " nozore occisi sunt in Reblatha. Post " transmigrationem vero Babylonis, id " est postquam jam omnis populus cum " Principibus suis abductus esset in Ba- " bylonem, ibidem Jechonias genuit " Salathiel.

X. Quomodo autem genuit? Rex qui " dem Evilmerodach ipso anno quo reg. " nare cœpit, captivum Regem levavit " de carcere, & posuit thronum ejus su. " per thronum Regum qui erat cum eo. " Quis tamen negat audeat impletam " terribilem istam Dei comminationem " de Jechoniâ Jerem. 22. pronun- " ciatam. *Hec dicit Dominus, scribere virum "* istum sterilem, &c. non quia nullos ge- " nuerit filios, (paulò enim superius pro- " pagati ab eo seminis & in captivitate " morituri fit mentio) sed quia non erit " de semine ejus vir qui sedeat su. " per folium David, & potestatem ha- " beat ultra in Iuda: quod profecto mi- " nimè fuisse impletum, si lechonias ex " filio non tantum nepos fuisse Zoroba- " bel diuturnus & scelus gentis Iudaicæ " in sedes Patrias restituta Princeps, sed " per hunc etiam Christus ipse cuius reg- " ni non erit finis, omnium priorum pro- " missionum optatissimum complemen- " tum, ex lechonja semine per natura- " lis generationis seriem fuisse propagata- " tus, ut voluntii qui faciunt Matthæum " talis seriei authorem. Hæc est senten- " tia PP. Possini & Bollandi, & funda- " menta quibus innititur non aliis quam " ipsius Bollandi ex Possino verbis " proposita.

SECTIO